UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioannes Euang SS Theodorus & Theophanes. S. Fabiola Mart. [2]7 Dec.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Ioannes Euang SS Theodorus & Theophanes. S. Fabiola Matr. 27 D.

Fortitudo.

Sæuit ignis, ſed Dominus nobiſcum eſt in tribulatione Si Dominus nobiſcum, quis contra nos? Bern.

Eccleſiam tuam Dne benignus illuſtra ut B. Ioannis Apoſtoli tui & Euangeliſtæ (S. Theodori ac Theophanis: S. Fabiolæ) illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna, per D. N. I. Chriſtum &c.

Ora pro augmento caritatis

1 S. Ioannes Evangeliſta F. Zebedæi dilectus diſcipulus Dñi, poſt reſurrectionem eius primus inter viros ad monumentum reſurgentis advenit, Petro tamen ingreſſuro primas ceſſit. Eidemque jam Vicario ad paſcendas oves à Chriſto conſtituto primus ſe ſubjecit, ſequendo Petrum, uti ipſe juſſus ſequebatur Magiſtrum. Adeo humilis, ut famā de ſe, ut non morituro editam refutarit; adeo ſervans caritatis, ut in extremam uſq; ſenectam identidem inculcaret, ſuum ſolenne DILIGITE Obiit Epheſi ſub Trajano Imp. cum ſeptem fundaſſet Eccleſias Epiſcopales in Aſia.

2. S. Theodorus & Theophanes Fratres in Monaſterio S. Sabæ à pueritia enutriti cum poſtea pro Sacrarum imaginum cultu contra Leonem Armenum decertarent eius juſſu verberati, exilio multati, & repetito certamine ſub Theophilo Imp. iterum verberatī